



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Gvillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. XVII. De quæstoribus repetundarum, quos Græci [...]υδύν[...]ς dicunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)



144 DE REPUBLICA  
prehendere. Harpocraton air.  
Erat ναυκράτης Ægypti emporium. Si vero legamus ναυκροεικέ, sunt res Principum. Nam olim τὲς ἀρχοντας. i. Principes, ναυκράτες appellare soliti erant, teste Herodoto in decimoquinto historiarum. Verba sunt Harpocratonis, quæ indicant, etsi Musas habemus Herodoti, tamen alia cum scripserit quæ temporum iniuria periere.

C A P. XVII.

*De quaestoribus reputandarum, quos Græci ὀφειλάτας dicunt.*

**D**ECEM erant εὐθωοί, alias χειρώται, debitorum exactores: κυβερνήται, rectores: διορθώται, emendatores: εὐθωῶτες, directores: δικαστικοί, iudiciales: aut λογισταί, rationum magistri vocari soliti: quos qui rationes red-



reddere cogebant, atque repetundarum reos agebant, non possum alio vocabulo, quam coactorum, aut quaestorum repetundarum nominare. Hi à novem Principibus, viris in maximis, maximeque urgentibus Reipub. calamitatibus delecti, tributa popularibus augebant, debitaque omnia exigebant, unde *ῥησώωντες* dicti, non quod deberent, ut vox communiter notat, sed quod exigent. Vox enim *ῥησώωντες* & *ῥησώωνται* licet frequenter passive capiatur, hic tamen passiva est, ut & in Græco vulgari sermone utraque voce utuntur. Illis erat numerandum Reipub. pro ratione accepti, reddita apud logistas ratione. Magistratum alioqui pedaneorum rationes audiebant, repetundarumque agebant si quis à popularibus præter æquitatem salarii quicquam accepisset. Causa perperam obitæ legationis,

K           quam



quam Græci *παραπροσβείας* dicunt, solebat apud eos dici: unde *διορθῶται* sunt vocati. *δύνας* porro dicebantur illi à quibus rationes ab his exposcerentur: præterea *δ'θύνας διδόναι*, dare rationem, vel pœnam suscipere. inde illorum magistratus dici solitus *δ'θύνης*, quum alioqui rationem & pœnam significet ea vox. Adesse illis solebat *ἐπιγραφεύς* scriba, de quo egi: qui viritim omnium popularium nomina ederet, censusque omnium rationem promeret. Quum autem lis de re fisci apud illos oriretur, tunc sistebant reos ad maiorum iudicum subsellia, pariter & eos qui non essent, solvendo: cuius rei Isocrates contra passionem in Trapezitico dat argumentum versus finem, *ἐν ᾧ παρ' ὧν ἐχρυσώθηται ἕως ἐκείνου τὸ χρέον πλείους ἢ χιλίας σιατῆρας, καὶ τὰ λοιπά.* Insuper (eos, subaudi, in testimonium vocabo)



vocabo) à quibus ultra mille stateres precario accepi. ad hæc indictione nobis imperata, inscriptionibus variis factis, plus ego, & mei numeravimus, quam peregrini: mihi que maximam colationem persolvendam duxi. Pro passione vero erat mihi opus inscriptoribus, quod dicerem illum etiam meis uti pecuniis. Hætenus Isocrates. Describebat vero is scriba cum magistratu in *σιτοδοσίαις*, id est, frumenti contributionibus, suum cuique modum, ut in publicum horreum inferretur. quam annonam qui dispensabant, *σιτομέτραι* dicebantur: qui servabant, *σιτοφύλακες*, annonæ, seu frumenti custodes. locus ubi servabatur, *σιτοφυλάκιον*. Qui undique conveyendum in urbem curarent, *σιτοπῶναι*, frumentores, aut annonæ præfecti, *ἐν τῷ σίτῳ ἀνεῖσθαι*, ab emendo frumento dici consueverant.



148 DE REPUBLICA  
verant. Magistratus hi nobis  
passim Reipub. contemptu ne-  
glecti, admodum sunt necessarii.  
Eos habent summa in cura Ve-  
netiæ. Curam enim convehen-  
di undique frumenti habent illi  
quos à providendo vulgo provi-  
datorios vocant : recondendi,  
servandi, & distribuendi Duum-  
viri quos farinarios ea de re ap-  
pellant, quod popularibus sem-  
per viliori precio iuxta eum ur-  
bis locum qui Rivus altus dici-  
tur, distrahant, quam mercatores  
soleant : ut nebulonum Rempub.  
labefactantium, fameque ene-  
cantium avaritia coërceatur :  
quæ non raro apud nos mediis in  
urbibus, pro pudor, usque adeo  
invaluit, ut nonnunquam fru-  
mentum ( quo in cumulum pu-  
trefacto quæ pestis possit esse re-  
trior, non facile dixerim) ob auri-  
fitim diutius conservatum, &  
tandem putrefactum, aut defodi,  
au



ATHENIENSIVM. 149  
aut in medium flumen conici  
videas, quod centies centena ho-  
minum millia alere posset: & non  
tantum eximi ab usu, quod per  
providentiam erat à natura do-  
natum, sed & elementa inde la-  
befactata videmus. Habent ii-  
dem & Duumviratum annonæ  
præfectum, qui curet obsonia  
convehenda. At ne quis cause-  
tur Venetiis tantum esse hos ma-  
gistratus propter circumfusum  
mare, sunt nobis exemplo apud  
Turcas, quos barbariores, re-  
rumque imperitos falso credi-  
mus, ædiles, urbive præfecti,  
quos patria lingua Sar Emin, id  
est, urbis præfectos nominant,  
qui ut popularibus sit copia ory-  
zæ, & frumenti, perpetuo curant,  
utque viliori precio distrahatur,  
neve ullum sit illarum rerum mo-  
nopolium. Idem in exercitu cu-  
rat Arpac Emin, hordeo quo illic  
equi aluntur, præfectus, ut abun-



150 DE REPUBLICA  
de pabulum militibus adsit ad  
equos alendos. Tanto olim stu-  
dio Romani coluere rem fru-  
mentariam, ut sine qua nulla  
Respub. incolumis est, ut alveos  
à singulis regionibus Ægypti ære  
publico in Nilum ducendos cu-  
raverint, quibus frumenti ingens  
vis Alexandriam, ac demum Ro-  
mam conveheretur: incredibili-  
que sumptu eos alveos servari  
curaverint, ea lege, ut si quis ag-  
geres Nili qui erant alveorum  
ripæ, rupisset, capite plecteretur.  
Ager Bizacenus in Africa, Cam-  
pania, Sicilia, & quæcunque olim  
regio frumenti ferax, tantæ fuit  
illis curæ, ut Provinciæ nomen  
inde habuerint. Sed ad *σιτῶνας*  
redeo, quo vocabulo usus est iu-  
risconsultus dig. de mune. & ho-  
nor. l. Munerum. Nam harum,  
inquit, specierum curatores,  
quos *σιτονας*, & *ελαεμπορος*  
Græci appellant, creari moris  
est.



ATHENIENSIVM. ISI  
est. Antequam Budæus nostræ  
Galliæ suo seculo primum orna-  
mentum, Græca illic reposuisset,  
alba ibi papyrus erat: & interim  
satis habent nostri Accursiani, si  
bonas contemnant literas, si non  
esse de pane lucrando, ut aiunt,  
adserant. quid illic potuissent  
pro *σιλώναι*, & *ἐλαιέμποροι* com-  
minisci? At dicent, & si Græce  
scriptum esset, non legeretur. In-  
stitit enim de publ. iudiciis, ubi  
de sicariis agitur, Accursius, aut  
alius dignum patella operculum  
Accursianus scripsit pro com-  
mento, Hoc totum quod sequi-  
tur, omittas. & alibi, Græcum  
est, legi non potest. Verum quo-  
modo sciret Græce, qui vix latina  
intelligat? qui ait bina esse qua-  
tuor: balucam, quæ vox aurum  
*ζεύσαμμον* significat, baiulans  
lucem: baltagarios laniones, aut  
ut vocat becharios: topiarios esse  
fossiores, & alia sexcenta. At eius



patet late impudentia in dig. de orig. iuris. Ulpianus voce *σπιωνίας* Græce usus est tit. de vacatio. & excusatio. munerum, lege secunda, Sextumdecimum annum ætatis agentem ad sitoniæ munus admitti non licet. quod vocabulum statim in quandam urbem vertit audaculus Accursianus. Non ita admodum differabant ab illis scribis quorum in sitoniis mentionem feci, qui vocabantur *λογόγραφοι*, quasi rationum scriptores. nam & loco *ἐπιγραφίων* ponebantur, quum alioqui vox illa oratorem versutum, & quod Græce magis exprimitur) *λογόδαιδλον* significet, quo convitio se mutuo impetunt Æschines, & Demosthenes. Verum ad alia veniendum est.

*καρπ.*  
K 4